



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 128. Henricus de La Tour Vice - Comes Turrenius Franciæ Marescallus
Romanam fidem professus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. nullus Hagæ Comitum audebat, ne
A. C. 1668. quidem ipsemet Cameræ Nuntius, cum
 Hollandi nullam ei hæc in terras jurisdictionem esse contenderent.

§, CXXVIII.

*Henricus de La Tour Vice-Comes
 Turrenius Franciæ Marescallus
 Romanam fidem professus,*

*Turenne
 t. 2. p. 162.*

Hoc item anno Henricus de Turre-
 ne Franciæ Marescallus coram Pa-
 risiensi Archiepiscopo publice ejuravit
 Calvinæ hæresi, Catholicam fidem
 ætatis suæ quinquagesimo septimo
 professus est. Hic tot ferme victoriis
 ac præliis clarus, insignia prorsus
 sequia Gallis per plurimos annos præ-
 stitit, in hoc unico haud satis placuit
 Ludovico Franciæ Regi, quod a se
 versam profiteretur religionem & quæ-
 dem talem, quæ florentissimum
 Regnum iteratis suis rebellionibus factis
 deformaverat; quapropter Rex sæpe
 hac de re cum illo sermonem induxit,
 quin illum vel leviter coarctaret, ne
 molestiam inferret, imo & non
 declararet, quod sibi hæc Religio
 diversitas nullatenus immotæ suæ
 delitatis suspicionem ingereret, sed
 hucdum sincero ejusdem in se Regnum
 que studio ac constantiæ plurimum
 fideret.

fideret: Dudum tamen ipfemet Tur-
 renius de fectione fua veritate dubius
 haerens, non modo a Nepote fuo Bul-
 lionio Cardinale, fed & aliis amicis
 fuis de erroris periculo admonitus:
 Accefferant quoque frequentes hac de
 re fermones cum Anglis, qui Regnum
 fuum plurimis, ac diverfiffimis, no-
 visque indies fectionis misere difcifum
 deplorabant, quibus reposuit Turre-
 nius, *inde luculenter patere, quod dudum
 vera religio per luxuriantium ingeniorum
 licentiam adeo deformata fuerit, ut ficut
 Calvinus & Lutherus, ita & quivis alius
 fibi pro fuo genio religionem fabricet.* Tum
 vero nacto per Pyrenæam pacem otio
 in Apoftolicæ fidei veritatem fingulari
 ftudio indagare cæpit, sæpius femet-
 ipfum redarguens, quod lucusque non-
 nifi cæcus a cæcis Prædicantibus fe-
 duci paffus fuerit: frequens quoque ipfi
 erat colloquium cum Benigno Boffue-
 tio poftea Meldenti Epifcopo, a quo
 probe edoctus, perfuafum fibi habuit,
 intellectum humanum de fe nimis va-
 gum, „ut fibimet in cunctis emergen-
 „tibus dubiis fatisfacere poffet, impa-
 „rem effe, proin fe fe subicere cogere-
 „tur, omnemque prudentem Legisla-
 „torem pro certa legis fuæ intelligentia
 „infallibilem interpretem præfcribere;
 „fine hac enim fubordinatione nil nili

Sæc. XVII „perturbationem, & dissidia in populo
A. C. 1668 „oritura; cum quilibet legis Codicem
 „manibus tereret, de ejus tamen sensu
 „disceptaret, pro suo arbitrio interpre-
 „taretur, ac demum religionem pro
 „suo genio sibi consarcinaret.„ His
 aliisque rationibus de Catholicæ Re-
 ligionis veritate plene convictus, Cal-
 vini commenta detestatus est, atque
 ad usque postremum vitæ halitus
 religionem, quam sincero animo pro-
 fessus erat, tam pie coluit, ut Catho-
 licis jamjam in fide adultis imitatio-
 nis, socordibus vero ruboris argumen-
 tum præberet. Hæc mutatio summi
 mærore afficiebat Protestantes, tantum
 meriti auctoritatisque Virum sibi ex-
 ptum ingemiscientes: ut vero quadam
 tenus suum mitigarent dolorem, pro-
 more suo in vulgus spargebant, Tur-
 renium nonnisi humanæ prosperitatis
 illecebris pellectum ad Catholicorum
 castra confugisse: attamen fortunæ
 honoris, gloriæ & divitiarum ampli-
 tudo, quam jam dudum possederat
 & qua majorem nec sperare poterat
 nec facta hac mutatione acquisierat.
 Protestantes calumniæ pro arbitrio
 cogitatæ, putidique sui mendacii con-
 vincit.